



# Ode di Reindl

In Onore di

**FAUSTINA BORDONI - HASSE**

(1729)

VOCALIS MUSICA PRODIGIO

PHILOMELAE SUAVISSIMAE

FAUSTINAE BORDONI, nunc HASSE

Ut laudes, FAVSTINA, Tuas hoc carmen adumbret,  
Tu, precor angelica carmina voce canas,  
Quidquid enim laudis, quidquid dicatur honoris,  
Id minus est meritis, inclyta Virgo, Tuis.  
Auditum recreant alii, Tu sola medullas  
Cordis et attenti pectoris ima petis.  
Cantando incantas mentes, duro guttura pandis,  
Humano major prodit ab ore somis.  
Moestos exhilaras, languentes erigis, aegros  
Dulce foves, per Te gaudia luctus habet.  
Blandisonae vocis palmam Tibi cedit Aedon,  
Et celeres motus suavis alaunda stupet.





Exornat reliquos, sed Tecum ornata superbit  
Musica, quoque tibi dat, capit ipsa, decus.  
Quisquis in hoc studio primo sibi poscit honores,  
Hic quod miretur, non imitetur, habet.  
Haec sola in terris, quantum gustare superna  
Mortali fas est, gaudia voce refert.  
Vive igitur Faustina diu, laetare, perennia  
Duro praelibatis Fausta fruire bonis.

A cura di

[http://it.groups.yahoo.com/group/Handel\\_forever](http://it.groups.yahoo.com/group/Handel_forever)

<http://www.haendel.it>